

A biadem, qui adolefcens clam domo egressus, ad amicum Democratem se contulerat, obstitit, dicens: Si forte nobis incitis perit, praecario nihil aliud agetur, quam ut uno tantum die eritis quidem vitam salvas esse poterit. Civiliter exclusit Pericles adolefcens infamiam, quam nunquam potuisset educere. *Plat. Beati Augustini lib. de dono vid. cap. 22.* dictum est: Debeamus Dea conscientiam, proximo famam. Ideoque crudelem censeri, qui famam neglexit. Cui consonat illud monitum *Eccl. 1. 8.* Curam habe de bono nomine.

INFAMIA QUAE ET QUANDO LICITA.

Infamia tam quoad nosmetipsos ubinde inferri potest, quam quoad alios. Plerique enim dantur casus, quibus ea licet. Primum, ad petendum consilium. 2. Ad nostri humillationem, sicut latro ille apud Climacum gradu quarto, qui publice gravissima crimina constabatur. 3. Ad vitandum peccatum superbiae, aut aliud. 4. Cum proximum infamavimus, tenemur etiam cum nostra infamia, ejus famam restituere.

Videri poterit *Locus de Detractione.*

CAUSAE VARIAE. Utpote Libido, Ebrietas, Prodigalitas, Vira, & his similia.

B Neque enim Infamia irrogatur praeterquam ob notabile crimen. *Vide Titulos illorum vitiorum, quae Infamiam causam dant.* Infamiam alius irrogare. *Consule Tit. de Astituta, & acceptione.*

Infamiam declinare. *Vide eundem Locum de Astituta, Tit. Infamiam astituta effugere. Item Locum de Gloria, ubi integer Titulus de depellendo Dedecore, Opprobrio, Infamia, &c.*

Tolerare. *Pete ex loco de Tolerantia, Tit. Tolerantia malorum fortuitorum.*

Infans.

Multa de Infantibus sparsim hoc Opere habentur. *Vide Tit. Infantes baptizati, Quare loco de Baptismo.*

Infantes Expoliti, conservati. *Vide Locum de Vita humane prerogatione, Tit. In Vita conservati.*

Infantes locuti tempore. *In loco de voce, Tit. Vox praecox, Praesigium de Infantibus, Vide Praesagia.*

In utero impositi. *Quare Locum de vita humane prerogatione.*

Infantes testes veritatis. *Ex loco de Veritate.*

CURA.

Infantibus curandis motu perpetuo ubi jubet Plato, Primum, quia motu geniti servantur. Secundo, quia ejusmodi motione vitae moderata, immoderata agitationi tum intrinsecus a natura, tum extrinsecus ab aere laetae resistimus. Tertio quoniam motus calorem excitat naturalem, corporisque torum aequè vivificat. Quarto nutrimentum concoquit, & digerit membra. Quinto supervacanea excrementa lecernit. Sexto abstrusa aperit & adaequat humero. Septimo conducit ad augmentum. Octavo membra apta simul reddit, & solida, non solum moderate quadam aequalitatis, verum etiam numeris cujusdam proportione, motum nobis oportet congruere. *Vide in Plat. de leg. dial. 7.*

NATURA.

Infantes primis 40. diebus neque ridet, cura vigilat, nec dactylmanatur, sed noctu & per quietem utrumque interdum facit, nec sentiunt magna ex parte, cum scalpuntur, & plurimam hujus temporis partem dormiunt, in die autem ad vigilandum immutantur omninoque: led serio postum membris imaginem. *Arist. hist. anim. 7. c. 10.*

De infantium admiranda origine, & pueritia: item de notis bona indolis ab infamia petitis, vide in loco de Pueris & Pueritia.

Infelicitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA

Infelicitas, Graecè δυστυχία, & δυστυχία, infelix dicitur. Felicitas & infelicitas descendunt a felix, quod est, quod recipit felicitatem. *Verg. Vivite felices quibus est fortuna peracta iam sua.* Aliquando significat quod dat felicitatem. *Verg. Suis bonis o felix tuis.* Felix quandoque secundum significat,

quae felices arbores dicitur: & infelices, fructum non ferentes, ita dicitur, *Infelix Lolium.*

APOPHTHEGMATA.

Bras, eum demum infelicem esse dicitur, qui infelicitatem suam aequo animo ferre non possit. Sensit vir prudens sumus, eam infelicitatem hominibus nocentem esse, quae ratione gubernari non ita possit, ut utilitatem aliquam patientia inde capias. *Laert.*

CHILON Lacedaemonius admonebat, secundis rebus elato non applaudendum, nec arridendum. Infelix felicitas est, quae hominem reddit insolentem; eoque non plausum meretur, sed lacrymas. Graviusque peccant, qui docent insolentiam quam qui ea utuntur. Sepè populus clamat in avaritiam ac tyrannidem Principum, quam ipse doceat illos haec vita. *Laert. lib. 1. cap. 4.*

EPICETUS, non omnino diis exosos esse dicebat, qui in hac vita et unanarum varietate luctantur. Sensit Philosophus, infelicitatem professe hominibus, quibus si pro votis animis procedant, adeo futuri agitantur, ut ex rebus prosperis itas sibi deos faciant. *In Encirid.*

ALEXANDER Macedo ad Antipatrum literas Athenas defendens Athlae cuidam tabellario dederat. Diogenes autem cum adisset, ad vocabulum alludens (Athilos enim infelix dicitur) Athilus inquit ad Athilum, vel Athilum. Intellexit autem, omnia in hac legatione esse infelicia. *Brus. lib. 6.*

DEMETRIUS Stoicus dicere solebat, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidisset adveni: quod oportet talem hominem ad sibi ignotum esse, aut qui nunquam sit periculum fecerit: aut diis invidium, ut quem praeterierit velut ignavam, nec idoneum ad fortunae confectum. *Erasmus lib. apoph. ex Senec.*

INFELICITATIS ACQUISITIO RATIONE HABITA

PERSONARUM, PER QUAS ACQUIRITUR.

Miseriae auctores sibi ipsi.

O' Kapraδos τὸν λαγόν, id est, Carpathius leporem. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerierent. Hinc deductum adagium, quod etiam in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curantur importandos alieunde. Verum ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fecunditas, fruges insula populatim caperunt. *Erasmus in Adagis.*

Oenoë vicus quidam est Atticae, quem qui incolebant, alveum quandam tortentis vicinum suis finibus incluserunt. Ad ingruente immodica vi aquarem, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidere. Strabo Geographia lib. 8. duas Oenoas commemorat, alteram Eleutheris finitimam, alteram apud Marathonem, de qua vulgo jactata parcaemia, Οἰνῶν τὴν καρπῶν, id est, Oenoë Charadram. Effertur adagium ad hunc quoque modum, Οἰνῶν τὴν καρπῶν, id est, Oenoë charadram, ubi quippiam accessit ad commoditatem, unde perniciter adfertur. *Idem.*

ALIIS. INFELICITATIS auctores.

Dii, Astra.

HOMERUS laborum Herculeorum causam ponit Athenaeam & Junonem, quae infesta Herculi, tanquam ex pellice nato, periculis omnibus illum objecerit. *Erasmus in Adagis.*

Terra perterrita improbitatis hominum, cum nollet amplius gestare tam impium pondus, rogavit Jovem, ut se illo onere levaret. Quare primo excitavit bellum Thebanam Jupiter, ubi multi petierunt. Deinde fecit naict ex Theride fortissimum Graecorum Achillem; & pulcherrimam feminamque Leda Heleam, quae causa belli Trojani exitit, in quo Achilles primas partes tenuit. Interierunt autem de Graecis 886. milia, de Trojanis vero 676. milia, auctore Dares Phrygio. *Erasmus ex Statius rebus Cypricis.* Huc alludens Helena Erripidea, inquit:

Πόλεμον δὲ πολυέκρον Ἐρδῶναι ἔδοι  
καὶ φρενὶ δακρυόεντι, ὅς ἔρχομαι ἔροισι  
Πάνδου τοῦ κροῖου πατρὸς ἔδοι,  
Ἐπιπύρε δὲν τοῦ κρατῆρος Ἐρδῶναι.

Bellum enim intulit Graecorum terrae, & Phrygibus miseris; ut turba mortalium & multitudo levaret matrem Terram, & cognatum redderet fortissimum Graeciae.

Oedipus, cum interfectis duobus filiis a Creonte, ipse & senex & caecus in exilium pelleretur, ne res novas moliri posset, apud Euripidem in Phoenissis in deos causam calamitatis suae refert, inquit:

Ὁ πάρος κενὸν παῖδας,  
Ἄδαστ' ὀδύνας ἔδω,  
Ὅς τὸ κλέϊ ἀνιμαρῆ ἔγω, & μέγιστ' ἔδω ἀνιμαρῆ.

A O' μάδ' Ἐρῆος κατὰ τὸν τῆς μαρτυρίας κέραι,  
Ναὶ δ' ἀνιμαρῆ, ἀκροῖος, ἔδω ἀνιμαρῆ ἔδοι.  
Ἄρα τὴν τῆς ἀνιμαρῆ, ἔδω ἀνιμαρῆ ἔδοι.  
Τὰς δὲ ἔδω ἀνιμαρῆ, ἔδω ἀνιμαρῆ ἔδοι.

O patriae incluy civis, victis. Oedipus illo, qui incluyta illa enigmata cognovit, solvit, & maximus fuit vir, qui solus Spingis gubernari non ita possit, ut utilitatem aliquam patientia inde capias. *Laert.*

CHILON Lacedaemonius admonebat, secundis rebus elato non applaudendum, nec arridendum. Infelix felicitas est, quae hominem reddit insolentem; eoque non plausum meretur, sed lacrymas. Graviusque peccant, qui docent insolentiam quam qui ea utuntur. Sepè populus clamat in avaritiam ac tyrannidem Principum, quam ipse doceat illos haec vita. *Laert. lib. 1. cap. 4.*

EPICETUS, non omnino diis exosos esse dicebat, qui in hac vita et unanarum varietate luctantur. Sensit Philosophus, infelicitatem professe hominibus, quibus si pro votis animis procedant, adeo futuri agitantur, ut ex rebus prosperis itas sibi deos faciant. *In Encirid.*

ALEXANDER Macedo ad Antipatrum literas Athenas defendens Athlae cuidam tabellario dederat. Diogenes autem cum adisset, ad vocabulum alludens (Athilos enim infelix dicitur) Athilus inquit ad Athilum, vel Athilum. Intellexit autem, omnia in hac legatione esse infelicia. *Brus. lib. 6.*

DEMETRIUS Stoicus dicere solebat, nihil sibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidisset adveni: quod oportet talem hominem ad sibi ignotum esse, aut qui nunquam sit periculum fecerit: aut diis invidium, ut quem praeterierit velut ignavam, nec idoneum ad fortunae confectum. *Erasmus lib. apoph. ex Senec.*

REGES.

Consule Titulum Tyrannorum, item, Regum ignavorum, aut fortitudine illustrum.

Mulieres.

Consule Tit. Mulierum improbarum, quatenus infelicitatem alius concilium.

Mulierum omnium ferè calamitatum auctores fuisse viris dicuntur. Tethis Pandora Hecodia, tethis bellum Trojanum, tethis Hercules a Dejanira extinctus, tethis Danaidum fabula, tethis Lemniarum mulierum historia, tethis Cleopatra. Quamquam haec magis conveniret virtutis auctores ascribere, qui tantum indulgent mulierculis, ut velut amentes amore, in quodvis malum eas sequantur: cum par fuerit, ut illis moderantibus mulier natura fulgor, simul & imbecillior, minus desiperet. Quod enim animus est corpori, id virum oportebat esse mulierum. Verum quae mendacium vulgus sua viri corpori imputat, cum ab animo proficiscantur, & stulti principes insanissimos bellorum tumultus imputant populo, quorum ipsi sunt auctores: ita viri rejiciunt in foeminas, si quid ipsi deliraverint. *Erasmus in Adagis.*

Bruta.

DIONYSIO Syracusanorum tyranno in Italica expeditione ableni nuncios missos a Timocrate, qui in sylva obdormierat. Lupus odorem carnis, quam in pera ferebat, secutus, peram cum literis abstulit. Tabellarius evigilans, pera non reperita, audivit. Itaque in tempore Dionii occurrere Dionysium nequivit. *Plin. in Dione.*

RERUM SIVE OCCASIONIS SIVE INSTRUMENTI Materialiter confideratis. Infelices occasione

INVENTI. INVENTIS SUIS QUI PERIERE

Athenae teste, lib. Dipnosophistarum 6. c. 7. cum Chii primi servis mercenariis institissent uti, postea subacti a Mithridate Capadoce, propriis servis vincti sunt traditi, ut in Colchorum regionem deportarentur: idque illis aliquando evenit, oraculum praedixerat. Hujus historiae auctores citat Nicolaum Peripateticum, & Posidonium Stoicum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem primum usam famulis *Ξεσάτων*. Hinc proverbium: Chius dominum esse. *Erasmus.*

ICARUS pater Erigones: quum Atticos usum vini docuisset, ab eis in ebrietatem lapsis interfectus est. *Ovid. in Ibin: Memoribusque tuis ledaris, ut Icarus, in quem Intulit armatae acria turba manus.*

ZOROASTRES Baactraiorum rex, magica artis inventor (ut est apud *Orasium lib. 1. c. 4. Trajanum lib. 1. c. 4. alios*) volens olim videri deus, astris intentus, velut scintillas quasdam ex stellis producebat; ut rudes in suporem miraculi traherentur. Tandem ab ipso demum, quem importunius frequentabat, succensus est. *Clemens in suo Itinerario, & Antoninus tom. 1. tit. 1. cap. 1.*

PERILLUS faber ararius egregius, postquam vaccam ex aere Phalaridi tyranno contraxisset, ut novum & crudelissimum tormenti genus, quo fons torquere solebat, tandem tyrannus eodem supplicio afficit artificem, dignum profecto, ut invento crudelissimo crudeliter periret. *Plin. arch. in Parallelis 1. 37. Plin. lib. 34. cap. 10. Cicero in Orat. 5. Verrina, Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Orasius lib. 1. cap. 20. Claud. lib. 1. in Eutrop.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

Sic opifex lauri, tormentorumque reperitor,  
Qui summa novo fabricaverat era dolori,  
Primum in expertum Siculo cogente tyranno  
Sensit opus, docuitque suam magis juvenem.

ARUNTIUS Paterculus, cum audivisset Amylium Cenforium tyrannum magna numerata offerre, qui nova quaedam tormenta invenissent, equum ex aere fabricatum tyranno donavit. Ille autem tum denique ad aequitatis cogitationem conversus, muneri auctorem primum intrusit, ut quam ceteris poenam excogitaret, ipse subiret, patereturque. *Aristides Milesius, & Plut. c. 75. Parall.*

LEGIS. LEGIBUS SUIS DAMNATI.

ZALEUCUS legislator Locrensum iussit, ut adultero deprehenso uterque oculus effoderetur. Filius ejus deprehensus erat. Ibi ne, quod semel omnium sententia confirmatum erat, irritum fieret, ipse pro altero filii oculo, sibi alterum extimulavit, ut ne prorsus caecus fieret adolefcens. *Alianus lib. 13. de Varia historia.*

CISTHENES Atheniensis, primus ostracismi supplicium introduxit, atque ipse primus eo damnatus est. *Alianus lib. 13. Var. hist. & Celsus lib. 15. c. 43. A. L.*

Cum in Republica primum foret Pericles succinctus legitimis filiis Xantippo & Paralo (*Alianus lib. 6.* Patroclum vocat, sed male) legem rogavit, ut soli ex duobus nati Atheniensibus, cives essent Athenienses. Cum autem rex Aegypti dono misisset populo XL. milia medimnum tritici, & id dividendum civibus esset, nothi controversia ex eo plebscitum multa, quae hactenus fuerant tecta atque neglecta, motae sunt: multi etiam calumniis circumventi. Convicti fuerunt paulominus quinque milia, qui venditi sunt: eos, qui civitatem retinuerunt, accensum inter cives Athenienses sunt: invenerunt quatuordecim milia quadraginta numero. At bello Peloponnesiaco cum filios legitimos peste amisisset, ne orbitate nomen familiae suae & progenies semel interiret, legem de nothi a se latam suavit antiquandam. Cum esset autem res indigna, ut quae contra tam multos vim haberet, ab eodem lex, qui tulera eam, rursus abrogaretur, praesens tamen Periclis clades domestica (ut qui poenam luisse jam factus & arrogantiae illius suae videretur) infregit populum Atheniensem, putavitque eum deorum opprobrium invidia, esse humanitate allevandum. Quare indulget, ut in curia sua nothos conferretur nomine paterno. Hunc post, cum apud Arginusas Peloponneso praelio navali prator fudisset, una cum collegis populus morte multavit. *Plutarchus in Pericle.*

LYCURGUS otator Atheniensis, unus & decem, legem scripsit, ne mulieres, festo Mysteriorum, curru veherent. Quae verò id fecisset, multam lucret. Prima ipsius uxor adversus hoc psepissima delinquens, damnata poenam subit. *Alianus lib. 3. de Var. hist.*

CONSILII. CONSILII PROPRIIS EVERSIS.

Statua Romae in Comitio postea Horatii Cloclius fortissimi viri, de caelo tacta est. Ob id fulgur piaculis locutus, Aruspices ex Hetruria acciti, inimico contra hostili in populum Romanum animo, instituerunt eam rem contrariis regionibus procurare. Atque illam statuum staterunt in inferiorem locum perpetram transponi, quem sol oppositu circum undique aliarum adium nunquam illustrat. Quod cum ita fieri perissimiffent, delati ad populum, proditque sunt. Et cum de perissida concessi essent, necati sunt. Continuitque eam statuum (perinde ut verae rationes post comperita monebant) in locum eisdem subducendum, atque ita in arca Vulcani sublimiori loco statuendam. Ea quae res bene & prosperè reipubl. cessit. Tunc igitur quod in Hetrulos aruspices male consulentes animadversum vindictamque fuerat, versus hic scite factus cantantique esse pueris Urbe tota fertur:

Malum consilium consultori pessimum est.

Ab Hesioido illo expressus:

Ἢ δὲ κακὸν βέλτ' ἢ βλάδωντι κακῶν.

Ex Annalibus maximis lib. 11. & Verrii Flacci lib. 1. Rem memoria dignam, recenset *Gell. lib. 4. c. 5.*

PAPYRUS Cursor cum consul Aquiloniam obsideret, velletque praesidium committere cum hostibus, nisi quid auspicia refragarentur; ac consulus pullarius luaderet, ut committeret, cum tamen aves inausulta nunciassent: re cognita, pullarium in prima acie constituit. Is primo trajectus telo violatam religionem expiavit. *Val. Max. lib. 7. & Livius Dec. 1. lib. 10.*

Hh 2 EUTRO-



A EUTROPIUS eunuchus, dum studet in quosdam qui ad templum confugerant animadvertere, persuasit Imperatori, ut ferretur lex, qua templi religio nulli prodesse nocenti. Lata lege factum est, ut Eutropius, cum offendisset Cæsarem, confugeret sub altare, unde protractus, capite plexus est, suo ipsius consilio perditus. Ex Socrate Erasmus in Celsitudibus.

SYLVERIUS Campanus, Pontifex Maximus, Justiniani Imperatoris temporibus, quum consilium dedisset, Atheniensium Episcopum nequaquam ab exilio revocandum esse: ipse coactus Pontificatu se abdicare, in Insulam Pontiam fugiens, ibi in exilio mortuus est. Volaterr. 12. Anthrop.

VATICINII.

Olim quum Thebani de belli eventu consulere otaculum, vates quæ tum Dodona responsabat, ait, eos fore victores, si quid impie patrasent. Itaque consulum quidam artemiam Myrtilam, nam id mulieris fatidica nomen, in lebetem aqua calida ferventem, qui forte inibi aderat, iniecit, iuxta Heraclidem, referente Zenodoro. Sunt qui narrent, Bombum B divinum quendam Thebani de belli successu scilicetantibus, respondisse futurum ut quæplurimos vincerent, si prius quæpiam e ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse, atque hinc ortum proverbium: Bæotis vaticinate. Erasmus, in Adag.

INSIDIARUM. INSIDIIS QUAS ALII STRUXERANT IRETITI.

AMAN Amalechita, Artaxerxis regis consiliarius, à rege secundus, quum Iudeorum gentem penitus excindere, & Machabeum in trabe L. cubitorum alta suspendere, permittit Regis, conaretur; Deus omnia ejus consilia per Esther reginam perturbavit, eumque cum omni familia pessumdedit. Esther 3. & sequent.

Senes qui capitalem noxam infanti Sulfanæ adstruxerant, sui sceleris convicti, in se capitale supplicium vertere. Marculus lib. 5. cap. 1.

Perfarum Satrapæ Danieli prophætæ invidentes, quod eum rex toti regno præfessisset, à rege impetrant, edicto sanciret, ut CXXX. dierum spacio à nullo deorum quicquam præterquam à rege liceret petere. Sciebant autem Daniëlem non petiturum, quippe qui singulis diebus ter flexis genibus Deum suum adoraret. Daniëlem igitur, quamvis invito rege Dario, ex lege in leonum speluncam conjiciunt. At divinitus servatus est. Itaque quum rex summo mane accessisset, & illius innocentiam divino confirmatam auxilio cognovisset, hujus technæ auctores unâ cum liberis & uxoribus eò conjici jussit, quos leones dilaniarunt. Daniel. 4.

HERCULES, quibus ipse petebatur insidiis, iidem pœnas ex petens ab invaloribus, immolavit Busirim: Antæum lucta oppressit: Cygnum, quo cum provocatus conseruit manus, obtrivit: Termerum capite incurtente confecit, à quo Termerum malum ferunt dictum: quippe feriens capite obvios Termerus necabat. Itidem puniebat Theleus improbos, ulciscibaturque eos eadem vi qua alios illi opprimerent, ad modum suæ improbitatis justas pœnas pendentes. Plut. in Theseo.

Anno Salutis humanæ MDII. Cæsar Borgia qui quatuor Varianos proceres antiquissimæ stirpis Camertes necarat, ut eorum imperio & opibus potiretur: Guidonem Feltrium Urbino, Pandulum Malatæm Ariminio depulerat: Astoremque Manifestum expugnavat, Faventa sub fide deditum strangulavit: sanguinarias manus Urbinæ factionis atque familiaris proceribus admovit. Primò Vihellocium ab insigii virtute invitum, & Liberottum Firmatum, moxque Paulum Urbinum Latinum Cardinalem filium, & Franciscum Urbinum Gravinæ regulum in Umbria terro supplicio sustulit: eodemque die ab Alexandro Pontifice ad constitutum ritum Baptista Ursinus cardinalis in mole Hadriani cantharidum veneno sublatu est. Sed Italice nobilitatis stirpe excindenti affectantique regnum Italie, non diu Fortuna arrisit. Cum cœnaret enim Vaticana in villa invitatus, venenum bibit, quod convivis quibusdam feratibus distillatis paratum erat, fallente lagenæ incauté à poculis mimilitro. Sed Alexandro vim veneni non ferente, ipse Cæsar paterno funere miseratæque lux interfuit. Nam Julius II. Pontif. Alexandro iusticius, cum exortum exercitu, in arce sub custodia tenuit, quoad illis sceleris arx Ostiensis redderetur. Fide demum à Consalvo accepta, Neapolim navigavit, ubi dum compararet copias, & novas res moliturus videretur, captus est, & in Hispania custodiendus ad Setabam transmissus.

ius. Custodia demum elapsus, ad Navarrum regem confusus. Eum quodam ignobili cecidit, amicum eximus nudus Pampelonem, cui inibi vivus Episcopi manere præesse dedignabatur, deportatus & sepultus est. Paulus Iovius lib. 8. Historiarum.

DONI HOSTILIS.

AJAX cum Hecatore congressus ponitur ab Homero, ac pugna nocte superveniente dirempta, gladio ab Hecatore donatus, ille autem ab Ajaxe baltheo; perniciosissimis quidem donis. Nam Hecator eò tractus ab Achille fuit. Hic verò cum ob arma Achillis Ulyssi adjudicata infans efficeretur, ei gladio inebuit. Teucer cum sine fratre revertisset, non susceptus in patriam, in Cyprum secessit, ubi alteram condidit Salamina. Volaterr. lib. 33.

CEDIS.

HADINGUS Danorum rex ab Offone Sveonum rege victus, quum in Heltingiam fugisset, ibique Siles fervorem maris aqua sublueret, bellum immanem crebris ictibus oppressit, necatamque in castra perferendam curavit. Ei obvia femina, quod deum fetino corpore tectum occidisset, dira fata immine prædixit; nec vanum fuit prælagium. Siquidem navigante eo oborta nimbi vis, ingenti classem tempestate consumpsit. Neatam malo remedium fuit, quam Frodeo rem divinam furus hostilis fecit; quem litationis morem annuo feriarum circuitu repetitum, postest imitandum reliquit. Fro Bivodeones vocant. Saxo lib. 1.

SUPPLICII EJUS, QUO ALIOS AFFECERE.

ADONIREZECH Cananeorum rex, in prælio à Josue Iudeorum iudice captus, amputatis manuum pedumque digitis, miserimè in vita servatus est: si quidem vivere is dici potest, qui eò modo habitus, in longam potius mortem conjectus videtur. Passus autem fuit, ea se morte sepugnata reges vicinarum urbium accessisse, quum longo eo tempore, veluti canes, sub menia ad pedes suos pavisset. Fulgus lib. 7. c. 11. ex Judic. 1.

JASON impius & crudelis homo, quum multos homines in sepulchris abjecisset, ipse demum divinitus ultionem sentiens, sine sepultura quoque abjectus est. 2. Machab. 5.

PERSEUS bellum cum Cepheo gerens, qui ob senium cæcus erat, quum caput Gorgones nullam in eum vim haberet, ratus inutile id esse, ad se convertere, eoque conspectu obrigit. Hoc postea filius ejus Murtus cremavit. Soidas.

PYGMALION frater Antæi, quem immolationem hospium docuisset, deorum aras suo sanguine instat cæterorum inibi. Ovidius in Ibin.

Frater uti Antæi, quo sanguine debuit, aras

Tinxit, & exemplis occidit ipse suis.

VERBI.

Ex Titulo, Bellorum causa Verba quedam. Sob Uladislao Boemæ, & Hungariæ rege ignavo, qui rari sermonis, ad interrogata nihil aliud quam Hungariæ (quorum linguam ignorabat) Benè, Boemis Dobre respondere solebat, neque Harpyis aulicis quicquam denegabat, per hæc duo verba Regnum utrumque miserè afflictum fuit, amissis regis oppidis, arcibus, vestigialibus, & quibuscunque aliis redditibus, adeo ut in Moravia rex nullum planè reliquum censum haberet, tenuissimum verò in Boemia. Dubrav. lib. 32.

THESAURI, PECUNIÆ.

DIOMNESTUS vir Etruscus, thesauros Perfarum in Euboram militarium in potestate habebat. Quibus omnibus mortuus, numos illos ad Hipponicum Callix Ammonem dictum Athenensium clam transtulit. Hipponicus hujus filius in arce Athenis domum extruxit, in qua numos reponeret; quum non esse tum diceret, tot numos esse in domo privata. Callias tandem pecuniæ hujus factus dominus, in adulationes, scorta & ejusmodi generis homines profudit pecuniam: eò tandem infortunium perducus, ut apud vetulam quandam barbaram vivere cogere: victuque quotidiani inopia laborans, diem inopi obierit. Athenensis lib. 12. c. 17.

ANATHEMATUM SACRORUM.

Antiquæ nobilitatis feminas Helenâ atque Eriphylen contempta segmenta sive monilia Delphico affixisse templo, comperit.

A pertum habemus, sive Alexmaon fuerit, ac Menelas, sicuti auctor Athenæus est. Quæ quia facileg admoventibus manus, aut omnino ausis gestare, pessimum peperere exitum, proverbii sibi locum vendicat, non secus ac Tholofanum aurum, apud Gellium. Bello sacro Delphica pecunia, & quicquid ibi pretiosius erat, magna parte cecit in prædam: inter reliqua verò ipsa hæc segmenta: quæ duorum ex Phocensibus ducum, qui id bellum gerebant, uxores, ut et muliebri ingenium, avidè oblata arripere; protinuse colla circumdedere, ut ipsi tum est vitium, ornamenta præsentia, ut mox docuit eventus, interitum exitalem. Ea siquidem, cui Helenes monile obvenit, turpiter prostituto corpore, pudicitia jactura, & famæ dispendio, quæ bene sentientibus vita quoque comparatur, pœnas facinoris perpetrati luisse fertur. Alteram verò crudelior excepit pœnitentia: nam furentis illi vœcordia testis injecto igni, viva exulta est. Plut. in sem. de iis qui serius à nimio castigantur, Aristonem fuisse appellatum scribit, cui obtigerit Eriphylen ornamentum, tyrannus contrihibitibus. Itemque fuisse oræum & xenagogum, id est, peregrini mercenarie militis ducem, cujus deinde filius advenit matrem indignatione concepta, domum succendit, omnibus qui intus agebant, incendio consumptis. Monilia à Vulcano Venetis delictis concinnati, Hermione innox tradita, deinde Thebanis regibus, quæ omnes pessimè interierint, & postremo ad Eriphylen pervenerit, Thebaldo secundo fabellam concinit Papinius. Cælius lib. 12. c. 13. Antia. lict. ex Diad.

Gnidiorum corona Delphici dicata (qua Delphico fano spoliato saltatrice Pharsalam donavit Philomelus Phocensium tyrannus) quum in Italiam ea ex Græcia migravisset, Metapontii apud Apollinis templum ludentem perdidit. Profiliens enim ad coronam juvenes, depugnantemque inter se de auro, disceperant illam. Plut. de Pythiæ orac.

Mirum in modum superstitiosus scriptor Paulianus penè putat, C. Caligulam, sevisimum principem, necatum, quod Cupidinem illum fama celebrem, propter quem Thebæie viabantur, sustulerit (Quæ res etiam exitum attulerit Neroni, qui in suas sepes illum reportatum, iterum demolitus inde sit) Etenim Deum illam mentem dedisse stultissimo Imperatori, ut Calpurnium Chæream tribunal contumeliam irritaret: cum semper signum illi penenti daret obsceniam cum ludibrio quodam & contemptu. Unde ille tantam contumeliam ferre non potens, utus est itam suam nec Imperatoris. Victorius lib. 3. Var. lict. c. 21.

EQUI.

Fuit Trojæ equus semper exitialis. Ob Laomedontis equos primùm utriusque capti ab Hercule, & excita: dein lignæ effigie, pari eventu, venit in hostium portum: postremo Chætidem ductu, cum equo ferro confectus concidisset, fuit jacens ille, quod minus ferro irruentibus obicerent hostibus, impeditum. Sab. lib. 9. cap. ex Plut. Sertorio.

CX. SEJUS, Dolabella, Cassius, & M. Antonius, omnes infelicitate periere, cum equum Sejanum possiderent. Vide Tit. Divites equis, ex Gell. lib. 3. c. 9.

CANIS.

In Gothia meridionali spectantur duo tumuli ingentibus faxis, cipporum loco, imposita habentes duorum Fratrum corpora, quibus ab aruipice in prima adolescentia prædictum fuerat, fore, ut mutuis vulneribus conciderent. Fatum declinatur, peregrinationem ad remotissimas maximeque contrarias orbis partes susceperunt. In extrema demum senectâ in patriam reversi, cum quisque fratrem jam pridem obisse mortem spectaret, non procul ab oppido Jonaco sibi in vicem ignoti occurrerunt, & salute ulro citroque dicta & accepta, sub pinu proxima quieverunt. Mox rixantibus eorum canibus, ipsi quoque ad iurgia primos, deinde ad vulnera mutua proruperunt, animamque trahentes, & fratres se agnoscentes, in mutuis complexibus expirarunt. Olaus lib. 1. de Ritibus Septent. c. 37.

IMAGINUM.

SEX. TRITUS erat innocens, Agraria lege lata gratiosus apud populum: tamen quia Saturnini tyrannidem affectantis imaginem domi habuerat, suffragis cum tota concio oppressit. Val. Max. lib. 8. c. 1.

FILI.

Cylonium scelus Atheniensium peragitur diu civitatem ex quo confortes conjunctionis Cylonæ supplices Minervæ domum redire Archon Megacles ad causam dicendam impulit. L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

Hos annexum simulacro filium tenentes, ubi in descensu ap. E propinquaverunt Venerandis deabus: rupio tum spontè filio, Megacles cum collegis institerunt, quasi recitente supplices dea, corripere. Atque eos qui extra templum erant, saxis obruerunt: qui in templo, ab aris avulsos jugularunt. Plut. in Solone, & Thucyd. lib. 1.

UNGUENTI.

L. PLOTIUM, L. Planci bis consulis censorique fratrem, proscriptum à Triumviris, in Salernitana latebra unguenti odore proditum constat. Plin. lib. 13. c. 2.

MULEASES rex Tunetanus acie victus dum lateret, odore unguentorum proditus, captus, oculisque orbatus fuit. Paulus Iovius.

RERUM SIVE OCCASIONIS ET INSTRUMENTI FORMALITER CONSIDERATI.

INFELIGES occasione. MALORUM ANIMI.

Est hoc ipsum divina Nemesios argumentum manifestissimum, Auctorem fraudis fraude perire sua, & ut per quæ quis peccat, per eadem puniatur: sive consilio, sive conatu; sive dicto, sive facto alios opprimere tentet. Exempla autem eo sunt magis illustrata, quando similitudo mali adest, & quod inferre alii conatur invulerit, ipsi patiuntur. Huc ergo referendi, qui suis inventis, consiliis, conatibus, insidiis, semetipsos suosque perdidit. Qui quo alios opprimere malo tentabant, eodem oppressi sunt. Malum consilium consulti pessimum. Fraus in auctorum capita redimat. Huc quoque omnium improborum pœna & supplicia pertinent, quatenus eas sibi ipsi accesserint sua improbitate. Quæ ipse ratione Efficiens sit, hoc est, ejus qui punit, considerentur, si quidem is Deus sit, ad Theatrum pertinent divinum: si homo, aut iusti pœnas exigit, & Injustiæ correctivæ officio fungitur: aut iniuste, & secundum Injustitiam correctivam peccabit. Hic solius Patientis improbitationem habemus.

EX INDICIO INFELICES, vel retardato.

DIONE Syracusanus movente, aberat tyrannus Dionysius cum XXX. navibus in Italia. Timocrates cum præpropter accessendum curavit. Tabellario autem, qui emissus erat, mirus casus est oblatu. Cum trajecisset in Italiam, & Rhegium finibus peragrans, Cauloniam ad Dionysium properaret: occurrit cuidam familiari, qui ferebat modò immolatum victimam. A quo accepta portione manavit pergere. Cum partem noctis intercessisset, ex lassitudine paulisper dormire coactus, in sylva quapiam abiecit se temerè propè viam. Odorem lupus secutus, rapuit carnes peræ alligatas, unaque auferens petam, in qua condiderat Epistolam nuncius, fugit. Ut ex somno excitus, multumque nequicquam palatus requirenda pœna, non invenit eam: non sustinuit sine litteris ad tyrannum pergere, sed subdixit se, certus non venire in conspectum ejus. Itaque Dionysius serò monitus est, & ab aliis, quod esset bellum in Sicilia accepturus. Plut. in Dione.

Negleto. Spreto.

ARCHIAS nuncium de conjunctione inter pocula allatum, & non auctore rejiciens, occidit.

Vide Titulum, Negligentia practica.

CASAREM Dictatorem, quæ die à conjuratis interceptus est, in Senatum progredientem, servus alienus con venire geliens, ubi à cingente Cæsarem multitudine est repulsi, coniecit se in domum ejus, tradiditque Calpurniæ, dum redisset Cæsar, custodiendum. Magna habere ostendit se, quæ ad eum deferret. Artemidorus Gnidius genere, literarum Græcarum doctus, quæ ea de re nonnullis Bruti sociis familiariter utebatur, cognoverat magna ex parte, quæ agebantur: eaque in libello complexus, afferebat indicium suum qui quum Cæsarem cœnaret, quos accipiebat libellos, eos comitantibus ipsum servus tradentem, proximè accedens: Hinc, inquit, Cæsar solus lege, & citò: magnas enim res continet, & ad te pertinentes. Accepit Cæsar legere perflurantium frequentiam, licet esset subinde conatus, prohibitus est, ac manum illum tenens, solumque servans, venit in senatum. Sunt, qui dicant, alium portasse hunc libellum, Artemidorum verò nequaquam valuisse eum adire, sed fuisse tota via expulsum. Plut. in Cæsare. De eo Manlius lib. 4.











**A** Pelagius ex Attica per vim expulsi, Lemnon incolabant. Huius injuria cum penas de Atticis sumere cuperent, probèque cognitis haberent dies festos, ac caeremonias illorum, collocatis infidiis, uxores Atheniensium abduxerunt, cum Minervæ sacra facerent in Braurone: hisque in Lemnon navigio asportatis, concubinarum vice sunt abusi. Ceterum mulieres cum plurimos liberos parerent, omnes & Atticis moribus instituerunt, & Atticè loqui docuerunt: ita factum est, ut nec miscere conjugia cum puellis Pelagisicis vellent, & si quando Pelagus quempiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici, suppetias ferrent. Breviter adeo invalescibat pubes Attica, ut perisque in rebus priores tenere videretur. Quare visum est Pelagis, ut filios ex Atticis mulieribus susceprostrudarent: idque perfecerunt, occisis unâ & matribus. Deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisque plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerunt, qua via calamitatis levati possent. Hinc igitur per omnem Græciam increbuit proverbium, ut ingentia miserandaque mala, Lætaniam dicerentur. *Erasm. in Adag. ex Herodoti Erato.*

**B** Infelicitatis œconomice quendam veluti symplectem, *Paganus* paganius tali epigrammate complexus est:  
*Tucca duos peperit pueros, cum matre lavatur  
 Alter, dum tepidam suggerit alter aquam,  
 Hic cadit in prunas, vitamque reliquit in illis,  
 Nec tulit accurrens tempore mater opem:  
 Alteriusque memor, peteret cum balnea, mersum  
 Hinc illum infelix exanimemque videt.  
 Casa igitur duplici naturam exterrita, terram  
 Fronte cruentata percussit, & moritur.  
 Ecce supervenit confus, inque aere pendens,  
 Impatiens luctus, guttura sune premit.  
 Sic pueri, genitrix, genitor, fatale tulerunt  
 Dammum, telluris, aeris, ignis, aque.*

**JOANNES** Anglorum rex fœdicionibus variis agitatus, quod decimas Ecclesiasticas exigeret, ab Innocentio III. anathemate perstrictus, regnum Angliæ, & Hiberniæ Pontifici tributarium fecit. Ab Alexandro Scoto, & Ludovico Franco occupato regno, præ morte expiravit. *H. Boetius lib. 13.*

**FRIDERICUS** Aragonis Neapolitanorum rex, anno 1501. à Gallis Ludovico XII. & Hispanis Ferdinando regibus regno exutus, compositione cum Obignino Gallico duce facta, Ischiam insulam ad sex menses retinuit. In cujus arce omnes certè Ferdinandus I. posterorum miserè miserabili spectaculo cumulata cernebantur: quoniam præter Fridericum tenebant tam præclaro regno spoliatum, ac multo magis de tor parvulorum liberorum, & de primi sui nati Ferdinandi Tarenti obsessi ab Hispanis copiis, quam de propria sorte sollicitum, erat in eadem arce ejus soror Beatrix, que post Matthiæ celebranti Ungariæ regis viri sui obitum, ab Uladislao Boemiæ rege, quo ab illa ad id regnum occupandum juvaretur, matrimonio fide accepta, ab illo, ubi voti compos fuit, ingratiissimè repudata fuerat: qui post Alexandri Pontificis permissu, aliam uxorem duxit: ibidem quoque erat Isabella Mediolanensium regina, haud minus quam ceteri omnes calamitosa, quod penè eodem tempore, marito Joan. Galeacio, regno, atque unico filio quem à matre sibi imprudenter traditum, ac in Galliam secum adductum, Gallis rex Ludovicus XII. post occupatam Insuliam, monachicæ vitæ dicitur, orbata esset. At Fridericus extremo quo in Hispaniæ regem flagrabat odio ductus, quum ad Gallis regis clementiam potius confugere itavisset, ad regem fidem publicam postulatum misit, eoque accepta, suis omnibus in Ischia arce relictis, & insula Valli marchionis, & Francheville domini fidei, ut antea fuerat, commendata, & copiarum suarum parte ad Tarenti defensionem missa, cum quoque quærituribus in Galliam infelici sane consilio trajecit. Si enim libero in loco fuisset, fortasse in bellis, que post inter duos reges orta sunt, multas in regnum suum redeundi occasiones habuisset. Sed tranquilliorè vitam secutus, ac forte hanc optatum rationem ratus, conditionem oblatam, ut in Gallia maneret, à illo, ille accepit: ea autem fuit, ut Andiovinorum dux esset, ac præterea aureorum numum triginta millia quotannis acciperet. Quibus rebus confectis, his quos Ilicia præfecerat, ut eam Gallis regi traderet, mandavit qui parere recusantes, diu, sub Friderici tamen insignibus eam tenuerunt. *Gucciard. lib. 5.*

Bochna anno 1578. mulier quædam infantem dum lavat audio extra domum alterius sui filioi steto, accurrit propter, jacente pro pectum offendit: is in cultellum, quem manu gerebat, incidit, seque ipse in mellus transfixerat. Mater dolore amens, recurrit ad infantem in alveolo relictum, hunc quo-

que submersum reperit. Superveniens maritus, impotens sui uxorem corripit, verberibusq; enecat. Trium miserorum obitu conspecto, sceleris conscientia, & carissimorum pignorum commiseratione furens infelix pater, laqueum collo induit. *And. Dudaus tract. de Cometis, ex Philippi Valencii Florentini hypomnemate.*

**SIMPLEX, CONSIDERATA RESPECTU MALI unius possidetur. Sic infelices dicuntur propter Morbum.**

**L. METELLI** felicitatem ex Tit. Beatorum in genere pete. Nichilominus tamen is, qui fortunatis. Rom. fuit iudicatus, orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, cum Palladium raperet, ex ade Vestæ, memorabili causa, sed eventum misero. Quod fit, ut infelices quidem dici non debeat, felix tamen non possit. *Plin. lib. 7. cap. 43.*

**MUNUS IMPEDITUM.**

Capitolium à Tarquinio Superbo rege est extractum in r. p. fuit sepè de abditis Scripturæ sensibus interrogabat, ita ut pater ab ejusmodi præcoci sapientia tetrahare illum cogere, sedulo monens, ne supra statem saperet. Verum noctu accedens, & pectus intuens, quasi sancti Spiritus templum deicubatur, seque tali filio beatum iudicabat. *Enseb. lib. 6. cap. 3. & Soidas.*

**DEJECTIONEM REGNI.**

**JOANNES** BALIOLUS, Scotorum rex infelix, regno exutus ab Edovardo II. Anglo, in Gallia senex, atque cæcus obit. *H. Boet. lib. 14.*

**EXCIDIUM.**

Judæorum templum, quod habebat in Ægypto apud Thannas, à Lupo Vespasiani præfide clausum fuit, prius donatis spoliatum. Paulinus qui Lupo successit, omni poltea cultu desertum reddidit: fuitque annus ille, quo in eo sacrificari desitum est, trecentissimus ejus ædificationis, ac trigessimus. *Sabel. lib. 3. Enn. 7.*

Tyrum (que cognominata est vetus, dictione composita, *Γραειτυρ*) Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus reddidit continentem, crudeliter tractavit, plurimique affecit incommodis. Unde proverbium: *τὸ ἐκ τῶν ἀσπίδων* quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertulisset. *Erasmus in Adagius.*

**NUPTIAS.**

Britanniæ novissimus dux Franciscus, filiam unicam Annam Romanorum regis Maximilianum depondit: sed rex Franciæ Carolus VIII. puellam per Franciam transeuntem rapuit, sibi junxit, reginam vocavit: eandem moriens sine prole, Ludovico XII. foror suo reliquit: monstrosus semper nuptiis infelicem foeminam, nulli junctam marito, nisi quem jure habere non poterat. *Crantz. lib. 1. Saxonis. cap. 41. & lib. 13. c. 22.*

**NEGOTIA.**

SELEUCTUS dicere solebat: Si sciret vulgus, scribere solum, ac legere tam multas epistolas, quam sit laboriosum, diadema ne luno quidem tollere dignaretur. *Plus archus An seni stranda Respub.*

**DEPREHENSIONEM IN FACINORE.**

*Deprehendi miserum est in Furto, Adulterio, Fuga. Ut illic Ludovicus Sforcia, dux Mediolanensis, habuit Helvetio urbe excedens, permixtus Helvetiis.*

**EXILIUM.**

*Ovidius exilii sui calamitates. Tristium 4. explicat: Scire meos casus si quis desiderat omnes,  
 Plus, quam quod fieri res sunt, ille peti.  
 Tot mala sum passus, quot in arbere fuerat lucent:  
 Parvaque quot sicus corpora pulvis habet.  
 Multaque credidit inimicus majora, ratamque  
 Quamvis acciderint, non habitura fidem,  
 Pars etiam quædam mecum moritur oportet,  
 Meque velim possim dissimulante te.  
 Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,  
 Pluraque cum linguis pluribus ora forent:  
 Non tamen idcirco complecterer omnia verba,  
 Materia vires exsuperante meas.*

Item

**A** sed & hominem, & quidem eum, quem *Arist. in Politicis*, quia optimus sit & præstantissimus, omnium aliorum regem esse oportere censet: quem pariter Sibyllæ oraculum, verè regem pro rege à Romanis haberi, si salvi esse vellent, ut auctor est Suetonius, perhibuit (ut in omni virtutum genere excellit, & nobis utriusque vitæ regulam modumque præscripsit: ita etiam primis statim annis sue divinitatis argumenta exhibuit. Et ut ea que de illius infantia ab apocryphis auctoribus sunt scripta, prætereamus, illud unum commemorare satis erit, quod sapientia non addicendæ (quod piaculum foret cogitare) sed & exercendæ studio flagrans, à matre & comitibus, cum quibus Hierosolymam solemnibus festi causa ascenderat, clam se subduxit: & triduo integro multum diuque à parentibus questus, vix tandem in templo inter sapientissimos viros de rebus sacris gravissimè disputans reperitus est. Quodque magis mirum videri debet, legem quam non didicerat, interpretari, & lingua Hebræa, & quæ tunc apud Judæos acroamatica erat, loqui poterat. Fabri itaque filium mirabantur omnes: pauci diviniæ in doliis signa animadvertébant.

**ORIGENES** puer, parentem suum Leonidem (qui Episcopus fuit) sepe de abditis Scripturæ sensibus interrogabat, ita ut pater ab ejusmodi præcoci sapientia tetrahare illum cogere, sedulo monens, ne supra statem saperet. Verum noctu accedens, & pectus intuens, quasi sancti Spiritus templum deicubatur, seque tali filio beatum iudicabat. *Enseb. lib. 6. cap. 3. & Soidas.*

**D. NICOLAUS** Myræ Episcopus in Lycia, etiamnum puer, quando reliqui ejusdem ætatis adolecentes dimissi à præceptoribus lusu operam dabant, ipse sacras lectiones audiebat, que tunc temporis publicè in Ecclesia tractabantur. *Gilb. Cogn. lib. 6. Narrat.*

**Prophetica.**

**JOSEPH**, F. Jacob, puero etiamnum, crebra in omnia, Somnioris agnomen apud invidios fratres dedere, simulque reconditæ sapientia rudimenta fuerat: *Græseus liber*. Adolecens Ægypto Putiphari venditus, duplex Pharaonis in somnium interpretatus, fatali inopia justus ire obviam, Ægyptum universam septem annis à terrissima defendit fame: patrem cum rota domo, iniquitate illa temporum, gratuita frumentatione sustentavit. *Sab. lib. 1. cap. 4. ex Gen.*

**JOANNES** BAPTISTA in utero matris, officii & professionis suæ non obscura dedit indicia, quando mundi Salvatoris in virginibus claustris adhuc latentem, exultatione sua adesse significavit, prius Propheta quam præco. *Lux. 1.*

**Juridica.**

**JOAN. PIETUS** MIRANDULA XIV. ætatis annum agens, matris iusti, que sacris eum initiari vehementer optabat, discendi juris Pontificii gratia Bononiam abiit. Quod cum biennium deguisset, ex epistolis Summorum Pontificum, quas Decretales vocant, epistolam quandam collegit, que omnes functionum illarum sententias conclusit. Sed eo studio relicto, suum secum genium, Philosophiæ tum humanæ, tum divinæ se dedidit. *Joann. Franciscus in ejus vita.*

**Physica.**

**D. ASCLEPIODOTUS** Alexandrinus, Svidæ familiaris, jam inde à puero nature miracula observare, & causas inquirere studebat à tritissimis exortus, à lignorum venis, à lapidum formis, ita ut artifices cuiusque generis accurate interrogando fatigaret. *Svidas.*

**ANDREAS** VESALIIUS Bruxellensis, Caroli V. Imp. & Philippi Hispaniarum regis medicus, puer etiamnum, mures, talpas, glicres, interdum quoque canes atque feles dissecare, & intestina rimari avebat: magno omnine ejus, que in eo postmodum inclaruit, Anatomicæ peritiæ, quam jam intermortuum, ab incris in lucem revocavit.

**Mathematica.**

**PROTAGORAS** Abderites puer ligna in fascem compendiosè posita, & ratione quadam geometrica librata, humeris expeditissimè gestabat, quæstus causa. Democritus philosophus compositionis gratiam admiratus, fascem solvere, & denudè componere iussit. Quod cum Protagoras sine cunctatione fecisset, Adolecens, inquit, cum ingenium bene faciendū habebas, me sequere, ut que majora melioraque sunt, addiscas. Paruit ille,

ejusque cultu si non bonus philosophus, egregius sanè sophista evasit, discipulis pollicens, mercede sese eloquentum & ἡπὸ λόγων κερῶν ἄνθρωπον. *Gell. lib. 5. cap. 3. & Athen. lib. 8. cap. 8. ex Epicuri epist. de studiis.*

**AVICENNA** medicus Euclidis libros quinquies perlegit, sine præceptore, antequam sextumdecimum ætatis annum attingeret. *Nic. Massa in ejus vita ex Sorzano Arabe.*

**Poetica.**

**EURIPIDEM** tragedias adortum scribere tradunt, natum annos duodeviginti, nature ductu, doctrinæ comitatu. Adjicit Philochorus, in terra quadam Salaminis spelunca solum scriptitare. *Cælius lib. 24. c. 20. A. L.*

**MENANDER** comicus, supra ætatem excellens, cum apud suos invidia laboraret, produxit in theatrum suum prægnantem ejusque exitum uterum in Euripum projecit. Ibi cum porcelli ductu naturæ agerentur: Athenienses, inquit, viri, si in teneris annis scientiam meam mirantini, istos natæ quis docuit? *Ex Theod. Prisciano, lib. 4. de Physica scientia, Gyraldus Dialogo 7. hist. poetarum.*

**P. VIRGILIUS** MARO, qui primum in lucem editus, vagitum nullum emisit, poeticam puer exercere cepit: & in Balistam ludi magistrum, ob infamiam latrociniorum lapidibus cooperatum, distichon fecit:

*Monte sub hoc lapidum regitur Balista sepultus:*

*Nocte dieque tum carpe viator iter.*

Mox etiam Moretum, epigrammata, Ditas, Culicem, anno ætatis xv. scripsit: & in his velut incunabulis divinus ille spiritus ad Æneida scribendam provectus est, in qua Homerum imprimis, maxime verò ingenii sui bonitatem, secutus est. *Donatus in ejus vita.*

**P. OVIDIUS** NASO Sulmonensis, forensi studio, patris voluntate, quamvis in vitus, sese primis annis addidit. Non tulere eam injuriam diutius Musæ, & vatem suum vindicare, ut pro odiosa legum repetitione, jucundissima & elegantissima camina dicitaret. Sic ille in 4. Tristium:

*Sponde sua carmen mœneris veniebat ad aptos,*

*Et quod tent abam dicere, versus erat.*

**Logica.**

**GALENUS** Pergamensis in pueris methodo incubuit: natura potius quam præceptorum institutione ductus. Cum annuum ætatis decimum nonum ageret, doctorem quendam ex Athenæi Atalei sectatoribus, primas qualitates elementa esse stuentis, suis interrogacionibus ad elenchum coegit, ita ut præceptor ille ira perturbatus: Hic, diceret, nutritus in dialectica, & ea que inde provenit scabie repletus, subruit omnia, pervertit, confundit, cavillis utens, ut suam ostendat in arte logica facultatem. Nos sophismata solvere haudquaquam didicimus, tu qui hæc involvisti evoluito. *Gal. de Elem. lib. 1. c. 6.*

**D. AUGUSTINUS** semetipsum in secunda pueritia (anno scilicet ætatis duodecimo) legisse & intellexisse Logicos & Rhetoricos Aristotelis libros, testatur *lib. 4. Confessionum.*

**AVICENNA** Arabum Medicorum princeps, puer etiamnum logicam sola commentariorum ope per se didicit.

**PRACTICA. MORES NATURALES BONI MALIVE. Virtutum & Vitiatorum Ethicorum semina.**

*Libro sexto Ethicorum Aristoteles virtutes Ethicas dividit in virtutes & virtutes, similiter etiam virtutum divaricationem præcipue in virtutibus, quam virtutem appellat, & in virtutibus, que virtutes est: virtutes quidem à natura proveniunt, & dispositiones tantum non autem perfectæ habitus conferri debent, neque necessitatem aliquam in se habent, sed inclinationem tantum & propensionem naturalem denant: quam ut in virtutibus consuetudo vincere potest, ita multo magis in hominibus ipsa ratio. Etenim cum sapiens (ut in proverbio est) astris dominetur, longe facillius ipsas istas virtutes refrænabit. Exempla quidem ex T. u. eorum, Quimiro modo servati, huc possunt transferri, quatenus propria industria aliqui ad sui met ipsius defensionem conferant.*

**Prudentia.**

Cum gemellos Rebecca Isaac Patriarchæ pareret, posteriori fratri Esau plantam pertinaciter tenuit, adeo ut nomen inde supplantatoris (id enim Hebræis Jacob significat) inveniret, &